letet̄: ꝛ maxime oṙo cui videt̄ appropari
iſte effect⁹ ꝑ excellentiā. iuxta illd̄ Jaco. j
Triſtat̄ q̄s in vobis oret eq̄ aio ꝛ pſallat.
Et octauo: qꝛ int̄ oīa talia oṙo habet effe
ctū ꝓpriū. ſ. impetrare: ipa valet ad impe-
trandū a deo ſpūalia ꝛ tp̄alia dona. Sꝫ
ꝯtra Primo: qꝛ de⁹ pctōres nō exaudit.
Joan. ix. Solu. Jlla v̄ba nō ſunt dei aut
euāgeliſte: ſed cuiuſdā ceci illuminati cor
poralit̄: q̄ ſm glo. adhuc ſpūalit̄ nō plene
videbat. qꝛ deus aliq̄ñ exaudit pctōres. vt
patuit feria. iiij. añ dn̄icā de paſſione. Se
cūdo. Nā q̄nto ſuitiū vl' opus eſt minus
debitū tanto eſt magis meritoriū: vt pꝫ
de ſuitio exhibito tibi ab amico q̄ ad illd̄
nō tenet̄. ꝛ a ſeruo qui tenet̄. Op⁹ aūt bo
nū peccatoris eſt min⁹ debitū q̄ꝫ exiſten
tis in gr̄a: quia ille a d̄o pauciora bñficia
ſuſcepit ſaltē poſſibilit̄. Solu. Dicit ſctūs
Tho. j. ij. q. vbi s̄. ar. ij. ad ſcd̄m. ꝙ iſta ra-
tio ꝯcluderet ſi vtrūqꝫ op⁹ eſſet eq̄lit̄ bo
nū: qd̄ nō eſt in ꝓpoſito. qꝛ ſemꝑ meli⁹ eſt
opus exiſtētis in gr̄a. Ex dictis aūt patēt
he ꝯcluſiones

Prima. Licꝫ ſit i mortali q̄ de mortali
nō ꝯterit̄. ſec⁹ de eo q̄ ꝯtrit⁹ eſt.

Scd̄a. Lꝫ valeāt ad vitā eternā ꝑ mo-
dū meriti opa bona ꝯtriti: tñ ē ſec⁹ d̄ opi-
bus bonis ei⁹ q̄ eſt in mortali

Tertia. Opa exiſtētis in mortali valēt
q̄ntum eſt de ſe ad gaudiū accidentale in
pr̄ia: ꝛ ad diſpoſitionē gr̄e ad vitandā ali
quā penā in gehēna: ꝛ ad temporalē ꝓſpe
ritatē: ꝛ ab bonā ꝯſuetudinē generandā:
ꝛ ad reprimendā poteſtatem diabolicam:
ꝛ ad anime conſolationem maxime ora-
tio ſancta.

Quarta. Oratio q̄ntum eſt de ſe: ſuppo
ſita gratia tres habet effectus q̄ ſunt me-
reri: impetrare: conſolari. Quorum p̄m⁹
eſt cōmunis omniū bonoꝝ operū. ꝛ ſcd̄s
eſt ei proprius: ꝛ tertius appropatus quo
dammodo.

Quinta. Oṙo iuſti ſꝑ hꝫ p̄mū effectū:
etiāſi de⁹ nō velit ip̄m exaudire. ꝛ ſilr̄ ter
tiū ſi ſit attēta: ſed nō ſcd̄m.

Sexta. Oṙo iniuſti nunq̄ꝫ hꝫ p̄mū effe
ctū: ꝛ ſꝑ habet tertiū ſi ſit attēta. ſcd̄m q̄t
habꝫ aliq̄ñ tm̄.

Septima. Nunq̄ꝫ oṙo eſt inanis ſiue iu
ſti ſiue iniuſti: ꝛ ꝯſequent̄ eſt ab oib9 fre-
quētanda

Octaua. Om̄is homo q̄ntūcunqꝫ ma
lus debet inceſſanter bene opari. qꝛ bona
opa nunq̄ꝫ ſunt ſine fructu: ꝛ forte aliq̄ñ
tantū diſponēt ad gr̄am dei ꝙ mala ſupe
rabunt: iuxta exemplū aromatarij ſpeci-
es ponentis in ſtatera cōtra pondera me-
tallorum.

## Caſus ſecundus

q Verit̄. ij. Quid ſit gra
uius peccatum: aut negligē-
ter audire v̄bum dei: aut ne-
gligenter permittere cadere
chriſti corpus in terram: Ad hoc autem
reſpondet Archidia. ſuꝑ capi. interrogo.
j. q. j. ꝛ ibi domin⁹ Joannes dominici. ꝛ
Auguſtin⁹. qui vt in dicto capl̄o patꝫ ex-
preſſe dicit: ꝙ nō eſt minor p̄ma negligē-
tia. ſ. circa v̄bum dei q̄ꝫ ſecunda. Pro hoc
autē nota ꝙ tripliciter aliquid alicui pre-
fert̄. ſ. dignitate: neceſſitate ꝛ cauſalitate.
Dico igitur Primo: corpus chriſti veruꝫ
eſt dignius myſtice. qꝛ nihil meli⁹ eſt cor
pore ꝛ ſanguine chriſti. j. q. j. c. multi. ꝛ in-
tellige i creaturis: vt ibi tenet Joānes do

minici ꝛ ſctūs Tho. j. diſt. xliiij. dicēs humanitatē chꝛi eſſe q̄d melius omni creatura etiā poſſibili: vt eſt vnita ꝟbo. Etſi ꝯtra h̄ dicat̄ ꝙ verū coꝛpus eſt figura myſtici. figura aūt eſt ignobilioꝛ figurato ſm glo. j. Coꝛ. x. Rn̄det Alb. ꝛ ſctūs Tho. iiij. diſt. xiij. ꝙ illa gloſa eſt vera ſolū i his q̄ꝝ vſus eſt in ſignificādo ſolū: vt ē agn⁹ paſchal'. Dico ſcd̄o ꝙ illud coꝛp⁹ mai⁹ eſt ꝟbo dei dignitate: vt patꝫ i dicto c. multi. Et iteꝝ. qꝛ illō ē ſubſtātia: h̄ ꝟo accidēs. Sed tamē neceſſitate eſt ecōuerſo. qꝛ magis neceſſaria eſt actualis auditio ꝟbi dei qꝛ ex auditu ei⁹ eſt fides. Rho. viij. ꝛ cognitio neceſſarioꝝ ad ſalutē. Et ſimil'r cauſalitate: qꝛ ꝟbum dei tollit moꝛtalia q̄ ſūt in ſubiecto: vt eucharistia. ꝛ vlteri⁹ etiā q̄ in ꝯſcientia. ꝛ habꝫ effectū i bonis ꝛ malis. Dico tertio ꝙ licꝫ maioꝛ negligentia in chꝛi coꝛp⁹ q̄ntum eſt ex parte rei neglecte: vt ptꝫ ex dictis: tñ alia eſt maioꝛ q̄ntū ad grauitatē nocumēti ſm Joannē dñici q̄ñ. ſ. ex negligētia ꝟbi dei ꝓuenit ignorātia agendoꝝ vel credēdoꝝ neceſſario. ꝛ cōſeq̄nter eſt aliq̄ mō mai⁹ malū. Nam ſm Aug. in enchiri. malū iō eſt malū qꝛ nocꝫ. ḡ maius malū eſt: qꝛ magꝭ nocet. Ex his aūt patet q̄ꝫ male faciūt parochiani curati volētes ꝓꝓꝛium ꝑtermiſſo ſmone audire miſſam i ꝓꝓꝛia parochia: maxime nō ꝺ pecoꝛis ſalute: ſed de lana ꝛ de lacte cogitātes. Licꝫ eīn peccet q̄ in die feſto ꝑtermiſſa ſui ſacerdotꝭ miſſa audit aliā ex ꝯtēptu vt ptꝫ extra de paro. ca. ij. ſec⁹ ſi h̄ facit ex iuſta cauſa: puta ꝓpt̄ ꝟbū dei vel ex maioꝛi deuotiōe: vt ꝺt Archie. ij. pte. ti. ix. c. x. ꝛ conſentit gloſa in dicto ca. Et ſimiliter Innocēti⁹. ꝛ h̄ eſt rōnabile. qꝛ licꝫ ius diuinū aut naturale nō abꝛoget̄ ꝑ ꝯtrariā ꝯſuetudinem. extra eo. c. vlti. ꝛ. xxx. q. viij flagitia. ſecus ꝺ humano. extra vbi ſ. dūmodo ꝯſuetudo ſit rationabilis: vt gloſat Innocenti⁹. ꝛ notat̄ ibi. ꝛ etiā ꝑſcripta. ad quod ſm canoniſtas teſte Hoſtieñ. req̄ritur temp⁹ q̄draginta annoꝝ. extra de electione cumana. ꝛ extra de cēſib⁹. olim. Et hoc habet locum in eccl'iaſticis quicquid ſit de legib⁹. Sed ꝯtra. quia ꝑceptū eſt audire miſſam: nō autē ꝑdicationem: ergo illud eſt magis neceſſarium. Solutio. Negatur conſeq̄ntia. quia facilius eſt audire miſſam ꝓpter multitudinem celebrātiū: q̄ꝫ ꝑdicationē. idcoq̄ꝫ ꝑcipit̄ illud ꝛ nō iſtud. Quāuis tamē aliqui dicāt ꝙ preceptum ſit audire ꝟbum dei: nō determinato tempoꝛe: ſꝫ quādo nō habet̄ vigēs cauſa nō audiēdi illud. ꝛ auditur⁹ neſcit ad ſalutem neceſſaria. Et arguūt: quia curati tenentur pꝛedicare. extra de offi. iudi. oꝛdinarij. c. inter cetera. xxxvj. diſt. ecce. ꝛ. xvj. q. j. cap̄. adijcimus. ꝛ capl'o Ecce. Elice ꝯcluſiones.

Prima. Deus chꝛm magis q̄ꝫ omnem creaturā amat: quē tñ ꝓ noſtra ſalute expoſuit moꝛti.

Secūda. Coꝛpus chꝛi veꝝ eſt dign⁹ myſtico ꝛ ꝟbo dei.

Tertia. Verbū tamē dei eſt magis neceſſariū q̄ꝫ coꝛp⁹ chꝛi ſub ſpecie ſacramētali: qꝛ ſine eo nec fides nec ſalus eſt adulto de lege cōi.

Quarta. Coꝛpus chꝛi nō tollit moꝛtale niſi illud ſit extra cōſcientiam cōmunicantis: ſed ſolum veniale: ꝛ fructificat ſolum in bonis. verbum autē dei diſpoſitiue tollit vtrunq̄ꝫ. ꝛ fructificat tam in bonis q̄ꝫ in malis.

Quinta. Simpl'r maioꝛ eſt negligētia in coꝛp⁹ chꝛi: ſꝫ q̄ntū ad nocumētū ſeq̄ns maioꝛ eſt alia.

Sexta. Cōſuetudo nunq̄ꝫ tollit ius diuinū aut naturale: ſed ſolū humanū: ſi ſit rōnabil' ꝛ ꝑſcripta

Septima. Qui nō audit miſſam i ſua parochia vt audiat ſmonē ꝑdicatoꝛis: bene facit.

Octaua. Quilibet debet accedere ad ꝑdicationē ſepe ꝛ deuote audire ac ruminare: quia eſt cib⁹ anie. Vñ Aug⁹. Quanta ſollicitudine ꝛc̄. Vide in c. ꝑdicto Interrogo vos.

## Casus iij.

Qu[e]ritur tertio. Vtꝝ habens ad reſtituendū incerta liberet̄ ſi paupib⁹ petentibus elemoſynam largiatur ſine licētia epiſcopi. Ad hoc autem reſpondent ꝑmo Hoſtieñ. extra ꝺ

de vſuca. ſup c. cum tu. ⁊ in c. cum ſit. extra
de iudeis. et in ſua ſumma ď pnia. §. fina.
et Joā. anď. de penit. ⁊ remiſ. ſi eps. li. vj.
in glo. ⁊ de reg. iu. in regula peccatū. li. vj.
Et dicūt ꝙ diſpēſatio incertoꝝ ꝑtinet ad
ſolū epm. Et ꝓbant opinionē ſuā ꝑ dicta
capl'a. Et vlteri⁹ Joā. anď. arguit ſic. Ta
lia bona incerta ſunt ꝓ aīa veri poſſeſſoris
fideliter erogāda. g̃ ſunt diuio cultui mā
cipata. g̃ a ſolo ꝑlato diuini cult⁹ ſunt diſ/
pēſanda. Probat̃ tertio: quia eſt cōſuetu/
do. et Quarto: quia eps eſt pater paupe
rum. Contra iſtam opinionē pono du/
as cōcluſiones. Quaꝝ ꝑma hec eſt. Non
eſt neceſſe ꝙ talis ꝑ ſolum epm diſpenſet̃
Secūda. Jpe eps nō poteſt hoc iuſte ſta
tuere: nec ď iure excōicare ſacerdotes hoc
diſpēſantes. Primā probo autoritate Ar
chidiaconi: qui de hoc fecit ſpecialē q̄ſtio/
nem. et notat̃. xiiij. q. j. c. j. non ſane. ꝗ etiā
dicit ꝙ raptor ea pōt ꝓpria autoritate diſ/
pēſare: vt colligit̃ ex dicto c. cum tu. Et h̄
clare innuit glo. extra ď homicidio. c. ſicut
dignum. §. cos. Jdē ſentit Joā. de ligna.
et Paulus ⁊ Xēzelinus ſup Clemen. j. de
ꝑuilegijs. ⁊ Joannes calď. ⁊ Recupus. ⁊
dn̄s Hugo iuris vtriuſq; doctor. et frat̃
Clarus. Et idem innuit Jnnocen. extra
de immu. eccl'iaꝝ. c. quia pleriq;. et Sco/
tus in. iiij. diſt. xvj. ⁊ ſanctus Tho. ad du
ciſſam brabantie. Jtem probo ratione ſic
Quilibet obligat⁹ ⁊ onuſtus licite pōt ſe
ipm exonerare. inſti. q̄bus mo. tol. obliga
tio. et maxime ſi nulla lege inuenit̃ ꝓhibi
ta exoneratio: vt in ꝓpoſito. Talis autem
eſt obligatus aut vero dn̄o: aut paupib⁹.
Aliam etiam concluſionē probo autorita
te Joan. de ligna. ſup c. cum ſit. dicentis.
Quicquid dicat Joan. anď. dubium ē an
epus hoc poſſit. Sed Joannes calderi.
dicit expreſſe ꝙ non poteſt. et idem tenet
dn̄s Hugo ⁊ frater Clarus. Sciendum
tamē ꝙ hoc inoleuit: quia epi cōmuniter
ſunt periti aut habēt peritos. ⁊ ſimplices
ſacerdotes impiti. ideo ad epiſcopos re/
currebant olim. quod tamē non oportet.
Eſt aūt vera oppoſita opinio ſm Archi/
dia. quādo nullus eſt deputat⁹ a teſtatore
qui incerta relicta diſpenſet. Eſt etiā ve/
ra de bonis publicoꝝ vſurarioꝝ que ad
ſolum epm pertinent: vt expſſe patz extra
de vſur. in c. q̄q; q̄q;. li. vj. Et de bonis iude/
orū non aliter. Et lz ipſi hoc ſibi reſeruēt:
intelligit̃ tamē quātū poſſunt de iure. Ad
primū eorum motiuū dicit̃ ꝙ illi canones
non loquunt̃ de chriſtianis: ſed de iudeis
quoꝝ diſpenſatio poteſt eſſe ſuſpecta chri
ſtianis: vt patet in c. cum ſic. Ad ſecundū
dicit̃ ꝙ ſi ratio valeret/ nullus diues poſ/
ſet diſpenſare ſupflua. ideo negat̃ ꝑma cō
ſequentia. cuius autor oſtendit ſe ignaruz
dialectice. Ad tertiū ď ꝙ talis conſuetu/
do eſt ꝯtra legez naturalē: vt. ſ. ꝑ eam q̄s
ad hoc obliget̃. Jtem eſt ꝯſuetudo ꝙ epi
ſibi reſeruēt hoc: ſed nō ꝙ eis a doctꝫ obe
diat̃ niſi in his q̄ iura mādauerūt. Ad q̄r
tū ď ꝙ eſt pater paupeꝝ diſpenſando bo
na ſui patrimonij ⁊ ſue eccl'ie ⁊ iudeorum
⁊ publicoꝝ vſurarioꝝ. ⁊ q̄n nullus eſt a te
ſtatore deputat⁹ executor teſtamenti. Eli
ce concluſiones.

Prima. Nō eſt neceſſe ꝙ incerta diſpē/
ſentur per epm: niſi ſint publicoꝝ vſurari/
orum vel iudeorum: vel niſi teſtator non
ꝓuiderit.

Scď a. Quilibet habēs talia: poteſt ea
diſpēſare iudicio cuiuſlibet ſacerdotꝫ pru
dentis ⁊ etiam laici: imo ſuꝑpſi⁹.

Tertia. Sine licentia tn̄ epi vel ſui con
feſſoris nulla debet ea ſibi retinere. q2 i ꝓ/
pria cauſa hō ſepe decipit̃.

Quarta. Si eps reſeruet ſibi diſpenſa
tionem incertoꝝ: intelligēdū eſt mandatū
q̄ntum ſe extendit eius autoritas. aliter
aūt nullus ei tenet̃ obedire q̄uis bonum
eſſet obedire ſi homo ſit timoris ⁊ n̄ ama
tor pecuniaꝝ.

## Caſus. iiij.

q

Queritur quarto: vtruz
mortal'r peccēt mulieres q̄ ſuis
capitib⁹ pro crinibus imponūt
alienos capillos: Ad hoc autem ſuppoſi/
tis his que de ornatu dicit s. Tho. ij. ij.
q. j. lxix. ⁊ ſum. cōfeſ. iij. li. ti. xxxiij. ⁊ Pi/
ſanus ⁊ Archieps. Et ſuppoſito ꝙ hūa/
naꝝ opationum q̄dam ſunt de ſe bone: q̄
non pn̄t eſſe male. vt amare deū. ⁊ q̄dam
econuerſo de ſe male que non poſſunt eſſe



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bone: maxime autoritate hūana: vt eūdē odire. et q̄dā indifferētes ad bonū ⁊ malū: vt ire ad eccl'iaʒ vel plateā. Et ſuppoſito etiā ꝙ q̄dā ornatꝰ ſit ad abſcōdēdū turpitudinē ex aliq̄ cā ꝓuenientē: puta ex īfirmitate: q̄ ſm s. Tho. vbi ſ. nō eſt pctm̄. ⁊ q̄dā ad fingēdā pulcritudinē maiorē q̄ ſꝑ eſt pctm̄ cū ſit fictio: ſʒ nō ſit mortale: niſi fiat in ↄtēptū dei vel ad finē pcti mortal'. ſecꝰ ad placendū cōiugi: aut leuē vanitatē. Suppoſitꝭ inquā his rn̄dēdo ad q̄ſtionē dico: ꝙ alienos capillos deferre non eſt mortale: niſi ex intētiōe deferētis. Nā eſſe pctm̄ mortale eſt ↄ legē nature vl' ſcriptā. qꝛ ſm Ambro. eſt trāſgreſſio legis. Hoc aūt nō eſt ↄ aliquā legē ſcptaʒ: vt patebit: nec etiā ↄ legē nature q̄ſi. ſ. malū de ſe. qꝛ nō poſſet dari caſus in q̄ ſine mortali m'lier poſſet talia deferre: puta ne frigore moreref: vel ne dep̄hēſa iniuſte moreretur: q̄ ſūt īſana. Ergo relinquif ꝙ ſit mortale ſolū ex itentiōe deferentꝭ eos ad finē ↄtrariū legi naturali vl' ſcpture. Sed ↄ. Primo. Nā p̄ſcidere ꝑtes hūani corꝑis ab eo eſt mortale: et taliter oꝑans eſt excōicatꝰ ꝑ q̄ndam extrauagantē Bonifacij ſecūdi q̄ incipit Deteſtādū. Sed capilli ſūt humani corꝑis ꝑtes: qꝛ nutriunf ⁊ augētur. So. Quāuis aliq̄ dicāt ꝙ nec ſunt aīati nec nutriunf ꝓprie: ſed augenf ꝑ appoſitionē materie eo mō q̄ glacies q̄ pendet a tectꝭ: tn̄ h̄ nō eſt veꝝ. qꝛ illud argumentū nō hꝫ terminū determiatū. Dico ḡ ꝙ ꝑficiunf formal'r aīa rōnali ſicut dētes ⁊ vngues: ſm opinionē ſcti Tho. ⁊ ſūt partes hūani corꝑis. ſed nō tales ſm aliq̄s vt ille de q̄bꝫ loquif decretalis p̄dicta: q̄ loq̄f de his q̄ ſunt ꝑfecte ꝑ aīam nō ſolū q̄ ad potētias vegetatiuas vt capilli: ſed etiam q̄ ad ſenſitiuas: vt manꝰ ⁊ pedes: q̄s euellens vt alibi ſepeliat excōicatꝰ ē. Si tamē etiā de capillis loquaf: hoc ſolū hꝫ ꝙ non licet eos auferre a mortuo: ſecꝰ a viuo. alioq̄n ſi talia neceſſario ſūt ſepeliēda: oporteret barbitōſores ſepulcꝝ facere in apotheca ſua. Scdo: qꝛ q̄ cām dāni dat: damnū dediſſe videf. extra d̄ re. iu. li. vj. Sʒ iſte dant cām ruine. So. Eq̄ ꝓbaref ꝙ nō p̄nt vultū oſ̄dere. Non ḡ dant cām: ſʒ occaſionem: imo nec dant ſemꝑ occaſionem ſed alij eā accipiunt: vt cū mulier ex iuſta cā ſe ornat: qꝛ tūc eſt ſcandalū paſſiuum ⁊ nō actiuū. Nō eſt etiā ſꝑ mortale dare occaſiōem in hoc: ſicut nec in alijs ornatibꝫ: ſm ſctōs. Tertio: qꝛ hoc eſt ſuꝑbire: cū ſit excedere mēſurā ſuā. Sol'. Suꝑbire non eſt excedere mēſurā ſue pulcritudis: ſʒ diuine legꝭ. qđ nō fit in ꝓpoſito: niſi ex intētione. Quarto. qꝛ nō minꝰ mortale eſt fingere pulcritudinē ꝑ capillos q̄ꝫ ꝑ veſtes ⁊ fucos: qđ tn̄ eſt mortale: dicente Cypano de talibꝫ: ꝙ deū videre nō poterūt. Sol'. ſm s. Tho. Cypanꝰ loquif qn̄ talia fiunt ad laſciuiā vel in dei ↄtēptuʒ. Quinto. qꝛ ē ↄ ſcpturā. j. Pe. iij. vbi d̄r. Quaꝝ. ſ. mulierū nō ſit extrinſecꝰ capillatura aut circundatio auri. So. Dicit ibi glo. ⁊ d̄r s. Tho. ꝙ btūs apl's loquif de q̄buſdā q̄ ſuis virꝭ exiſtētibꝫ in tribulatōe: ſe ornabāt vt placerēt alijs. Verūtn̄ nō oē qđ eſt cōtra ſcpturā eſt mortale: vt patꝫ de mēdacio iocoſo ⁊ v̄bo ocioſo. Et qđ hꝫ. j. Tim. ij. nō in tortꝭ crinibꝫ: ſm s. Tho. nō eſt ↄ ornatū ſobriū ⁊ moderatū. ſed ↄ impudicū ⁊ ſuꝑfluū ⁊ inuerecūdū. Sexto: qꝛ cōtra tales eſt lata ſnīa excōicatiōis ꝑ Joānē. xxij. a qua citra papā nō p̄nt abſolui in q̄dam extrauagāti. Sol'. Sic teſtaf Archie. iij. pte. ti. xxv. ca. lxxij. Eugeniꝰ ſuꝑ h̄ cōſultꝰ dixit ſe nō credere eā fuiſſe Joannis. vn̄ in regiſtro q̄ſita/non fuit iuenta. et eam (ſi fuit eiꝰ) idē Eugeniꝰ reuocauit tāq̄ꝫ ꝑiculoſam. Vnde ⁊ frater Angelus d̄ Clauaſ. ordīs minoꝝ in ti. ornatꝰ. de hac nō facit mentionē. Et tandē ibi cōcludit ꝙ nō negaret abſolutiōem mulieribus talia deponere nolētibꝫ. Ex q̄ habef ꝙ non ſit mortale. Elice ↄcluſiones.

Prima. Alienos capillos deferre non eſt de ſe mortale. ſed ſolū ex intētiōe.

Scđa. Nō eſt mortale vel veniale talia deferre ad abſcōdendū ſuā accidētalē turpitudinē: puta defectū capilloꝝ ex īfirmitate ꝓuenientē.

Tertia. Similiter ſi deferātur ex alia cauſa honeſta ⁊ licita: ſm diſcretiōem boni viri.

Quarta. Talia deferre ex leuitate vel inani gl'ia vel laſciuia/ſꝑ ē mortale vel veniale: iuxta intentionē.

## Caſus. v.

Queritur quinto vtrum recidiuãs teneaꝛ cõfiteri peccata q̃ alꝰs eſt ꝯfeſſus: Ad qḋ reſpondeo ꝙ ſm s. Tho. in. iiij. di. xxij. q. j. ar. iiij. de hoc ſunt tres opiniões. Prima eſt ꝙ talis teneꝛ oĩa etiã in particulari recõfiteri: ſi cõfiteaꝛ alteri: vel eidẽ ſed imemori. Secunda ṽo ꝙ nec in pticulari nec in generali teneꝛ. Tertia ṽo ẽ: ꝙ teneꝛ ſolũ ad reconfitendũ in generali: ⁊ etiam in ſpeciali q̃ntũ ſibi videꝛ expedire ĩdirecte tanq̃ ad illud ſine quo non poteſt debitũ remediũ adhiberi ſuis pctis. Vt ṽbi gr̃a Si aliq̃s freq̃nter lapſum carnis ex aliq̃ occaſione paſſus ſit: illa ꝑ ſatiſfactionem amputeꝛ. Hanc tertiaꝫ (aliꝭs reprobatis) ſequiꝛ ſcrũs Tho. et Piſa. ti. confeſ. ij. et Ray. ⁊ ſum. confeſ. li. iij. ti. xxxiiij. Et eſt rõnabilis. quia ita faciẽda eſt cõfeſſio vt q̃s ſatiſfaciat intentõi eccleſie que intẽdit vt remediũ adhibeaꝛ pctõ. Videꝛ igitur ad hoc teneri q̃ freq̃nter ꝯtra id qḋ ſacerdoti dixit vel ꝓmiſit lapſus eſt in ideꝫ ex ꝯſuetudine. qꝛ tũc grauiꝰ peccat. extra de cõſue. c. vi. Tanto grauiora ſunt pctã q̃nto diutius infelicẽ aĩam detinẽt ⁊c. ⁊ grauiori tunc remedio opus eſt vt pctm̃ ď cetero caueaꝛ. Vñ q̃n confiteꝛ: teneꝛ dicere freq̃nter ſe lapſum in tale peccatũ. Jteꝫ q̃ ex naturali inclinatiõe: q̃a tũc oportet penitentiam eſſe ꝓportionatã ad moderandũ illã inclinationẽ. ſicut ei q̃ eſt nature calide ⁊ lubrice magis expedit aq̃ potus q̃ pſalmodia. Jtẽ q̃ ex cõmoditate peccãdi puta qꝛ domicellã tenet in domo: ⁊ cõſequẽter habet ad vota. Si tñ tu cõmoditatẽ ſubtraxiſti: videtur ꝙ tu non tenearꝭ

Sed ꝯtra. quia hoc in nulla lege ẽ ſcriptum. Sol. Hoc ṽtualiter ꝯtineꝛ in p̃cepto eccl̃ie de ꝯfeſſione: q̃ intẽdit vt taliter confitearis ꝙ poſſis curari. Secundo. qꝛ de pñia diſt. j. in c. menſuram. diciꝛ: Non eſt neceſſe vt que ſemel confeſſi ſumꝰ: denuo confiteamur. Sol. Verum eſt directe. ſed ſecus indirecte. qꝛ ꝓprie nõ eſt cõfiteri pctã p̃terita ſed p̃ſentia. Elice concluſiones.

Prima. Non eſt neceſſe reconfiteri peccata ſemel rite cõfeſſa: niſi quãdo ſine eis non pñt ſufficienter cõfiteri pñtia.

Secunda. Hoc aũt eſt: q̃n freq̃nter laberꝭ ex ꝯſuetudine vel robore aut inclinatione corporea: aut cõmoditate vel generaliter quacũq̃ occaſione.

Tertia Si tu es certus ex aliqua nouitate ꝙ non recidiuabis: non tenerꝭ vt videtur: quia iam remedium eſt appoſitum Etſi peccatum ſit grauius in habitudine ad peccata: tamẽ iſta grauitas nõ eſt eſſentialis ei.

## Caſus. vi.

Queritur ſexto: vtꝝ exiſtẽs in mortali poſſit explere ſatiſfactionẽ iniunctã ꝑ his de q̃bus fuerat añ cõtri[tus]: Ad hoc reſpondet Guil. et Petrꝰ de pal. iiij. diſt. xv. ⁊ Rich. ac Sco. ibidem. et Piſanus in tit. ſatiſfactio. et multi multa loquunꝛ. verũtñ forte nõ vere diſſonant. Pro fundamẽto igitur accipio dictum Petri de pal. in. iiij. q̃uis non ad hoc ꝓpoſitũ: ꝙ duplex eſt ſatiſfactio. ſ. ſacramentalis: que fit ex iniunctõe ſacerdotis diſpenſantis ſacramenta. Et virtuoſa: que ſcꝫ fit ex ṽtute pñie pugnantis contra peccatũ. Deinde dico cũ Scoto: ꝙ penitens q̃ ſine cauſa non implet penitentiã iniunctam ⁊ acceptataꝫ: cõmittit inobedientiam mortalem. Vtrũ ṽo eam poſſit in mortali explere: ſanctus Tho. in iiij. vbi ſ̃. dicit ꝙ quidam dixerunt ꝙ ſic. ſed eſt inquit impoſſibile. q̃a oportet opera ſatiſfactoria eſſe deo accepta: cum nõ fiat ei ſatiſfactio ſm equalitatem: ſed ſm acceptationem: que acceptatio non eſt reſpectu eorũ que non placent: cuiuſmodi ſunt opera peccatoris. Subiũgit aũt ꝙ ſatiſfactio que fit per opera relinquentia poſt ſe effectum non eſt iteranda neceſſario. quia ſi talis peniteat: illa ſatiſfactio erit accepta deo in ſuo effectu. ſed tamen eam que tranſit oportet iterari: non aũt confeſſionem. quia hoc doctores non dicunt Hec ille. Videꝛ autẽ velle Nider mentẽ ſancti Tho. eſſe: ꝙ ſi effectus ieiunij iam trãſiſſet quando redit contritio: non valeret ſatiſfactio. Petrus aũt vbi ſ̃. q. j. art. iij. ſic

dicit. Tertia cõcluſio eſt: ꝙ qñ hõ de oĩbꝫ eſt cõtrit⁹ ⁊ cõfeſſus ⁊ abſolutus: accepta penitẽtia/ ſi illam pagat in mortali nouiter cõmiſſo: liberat ſe ab iniunctiõe ſacerdotꝫ: nec incurrit inobedientiã: ſicut ſi eaꝫ non feciſſet. qꝛ nõ eſt fortius vinculũ confeſſoris ꝙ̃ dei vel eccl'ie. Sed hõ in mortali exiſtens implẽdo p̄ceptũ dei de honore parentũ: vel eccl'ie d̄ ieiunio eccl'ie q̃dragesimali: ſe ab illa obligatiõe liberat. g̃ et h ſi'r. Qñ aũt ſatiſfactio relinq̃t effectuꝫ: redeunte charitate: valet rõne charitatis ⁊ ex iniunctione ſacerdotꝫ. Hec ille. Videt aũt mihi ꝙ opinio ſcti Tho. ſit eadeꝫ cum iſta. qꝛ ſctũs Tho. loquit de ſatiſfactione fructuoſa: vt patꝫ ex rõne ſua. Dicendũ igit videt ꝙ talis recidiuãs ſi expleuit iniunctã ſatiſfactiõe in mortali: nõ tenet replicare illã in ſpecie maxime cũ null⁹ ſciat ſe eſſe ſine mortali: ſed ſufficit ſi ſatiſfaciat deo ꝑ bona opa. Qđ ſi non facit: non peccat mortal'r. ſed in purgatorio exoluet equalentẽ iniuncte ſibi: niſi fuiſſet iniũcta exceſſiua. quia eo caſu exoluet tm̃ debitã pctis: ſm Cap. iiij. diſt. xix. Cũ g̃ dicit ſanctus Tho. ꝙ ſi tranſit reiteranda eſt: non intelligit eadem in ſpecie. ſed equalenter. Et cum d̄r ꝙ ſi relinq̃t effectum erit accepta in eo: itelligit q̃ntũ ſe extẽdit ille effectus. Ita ꝓbi g̃ra: ꝙ ſi effect⁹ tot⁹ ieiunij relict⁹ eſt vt. x. ⁊ qñ ſuꝑuenit charitas iam nõ eſt niſi vt. v. illa ſatiſfactio nõ eſtꝫ accepta niſi vt. v. ⁊ alia q̃nq; oporteret aliũde ſupplere. et hoc intẽdebat Alder: vt videtur. Sed contra. Peccata tua elemoſynis redime: Daniel. iiij. ⁊ tamẽ conſtat ꝙ ille rexerat in pctõ. Sol'. Elemoſyna relinquit effectum ſm ſcm̃ Tho. Et ita intendebat Daniel ꝙ peniteret regem. Ecce igit concluſiones.

Prima. Penitẽs eſt debitor pene ſatiſfactorie rõne pcti cõmiſſi: ⁊ rõne iniũctionis a ſacerdote: ſic ꝙ etiãſi ſacerdos iniũgat maiorẽ debito: tenet tñ ad eam.

Secunda. Si ſacerdos iniũgat ſatiſfactionẽ minorẽ debito pcti: penitens tenet ſupplere reſiduũ. ſi aũt maiorẽ: tenet eam explere. ſi tñ añ expletionẽ moriat: nõ ſoluet niſi debitã pctõ in purgatorio.

Tertia. Qui iniunctã ſatiſfactionẽ nõ relinquentẽ effectũ explet in mortali totam: tenet repetere nõ eandẽ in ſpecie ſed equalentẽ. Si aũt effectum relinq̃t/ tenet equalentẽ tantũ repetere q̃ntũ de illo effectu ſine charitate tranſiuit.

Quarta. Qualitercũq; expleat pnia: ñ eſt ꝓpter hoc neceſſario iterãda cõfeſſio.

## Caſus. vij.

Queritur ſeptimo Vtrũ q̃libet chriſtian⁹ teneat ieiunare totã q̃dragesimã: Ad hoc reſpõdẽt oẽs doctores ꝙ q̃libet tenet. Qđ patet Primo: quia d̄r. ij. diſt. In his rebꝫ in q̃bꝫ nihil certũ ſcptura ſtatuit: mos populi/ mos dei. Nec refert vtrũ volũtas p̄ncipis ſcriptis aut factꝫ declaret. ff. de legibꝫ. l. de q̃bꝫ. Unde obligat rõnabilis ⁊ p̄ſcripta conſuetudo. d. ij. c. illud. et c. illa. Secundo: qꝛ videt expꝛ̃ſſe p̄cipi de cõſe. di. iij. non liceat. et c. nõ oportet. et c. placuit. et di. v. q̃dragesima. Sed intelligit: ſi q̃s poteſt. Pro q̃ nota duas regulas. Prima eſt ſcti Tho. iiij. diſt. xv. ⁊ talis. Quilibet p̄t ⁊ debet conſeruare vitam ⁊ robur neceſſarium ad ea q̃ ſibi incũbunt facienda neceſſario pro vita vel officio vel ſocietate conuiuentiũ: vel reſpectu eorũ que facere põt meliora ieiunio. Et intellige: incũbere neceſſario: quando al's eſſet notabile dãnuꝫ vel notabile incõmodũ. Et ſimil'r intelligo de officio ⁊ ſocietate quã relinq̃re non poteſt ſine incõmodo: vt cum q̃s icideret in latrones forte ſi ſolus eſſet: vel ſi q̃s relinq̃ret officiũ vix poſſet viuere: vt curſor vel laborator ⁊ hmõi. Qui cum p̄dictꝫ p̄t ieiunare dicit poſſe. Secunda eſt Guil'. ⁊ Piſani talis. Si cum p̄dictꝫ certus es ꝙ nõ poſſis: nõ req̃rit diſpẽſatio. Si es dubius: cõſule quẽlibet peritum ⁊ bonũ: puta medicũ conſcientiarũ vel confeſſorẽ bonum ⁊ prudentẽ. Qui ſi non remanet dubius: ſta iudicio eius ſine alia diſpẽſatõe. Si aũt remanet dubi⁹: oportet adire p̄latum qui non ſolum declaret: ſed declaret autoritatiue diſpẽſando. Unde pete epiſcopum ſi potes ſm Guil'. et Hoſtieñ. et Petrum de palude. Sin autem: pete parochianum. Ab iſta regula credo nullum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

doctoꝛem vere diſcrepare:⁊ſi apparent.
Temp⁹ aūt quo obligaris ad ieiunium:
ſm ſctm̄ Tho.⁊ Petꝝ de palu.⁊ Piſa.⁊
Nider.⁊ Archiepum eſt:poſt.xxj.annum
Licꝫ em̄ ante tenearis ex iure nature car-
nē ſubijcere ſpiritui:nō tn̄ ꝑ h̄ mediuꝫ ꝓpt̄
multo cibo indigere ad nutrimentū ⁊ au
gmentū. Nec eſt ſimile ſm Petꝝ de indi-
gentibꝫ cibo ad generationē.qꝛ diebꝫ ieiu
nij debent ꝯiuges abſtinere a coitu:⁊ ſe-
mel in anno ſufficit fecundare:⁊ cum ieiu
nio pl⁹ abūdat ſemē ꝙꝫ ſit neceſſe. Mod⁹
aūt ieiunādi eſt ſm ſctm̄ Tho.⁊ cōmunit̄
omnes:ſemel comedere in.ix.hoꝛa:ꝗ inci
pit in meridie ſi numerem⁹ hoꝛas per tri-
plicitates:dicēdo ꝑma:tertia:ſexta:nona
Si tamē numerem⁹ ꝑ ſingulas vnitates
hoꝛa nona eſt tertia poſt meridieꝫ. Et iſta
eſt hoꝛa prādij in ieiunio ſm legē:⁊ſi non
ſm ꝯſuetudinē. Videt̄ tn̄ velle Petr⁹ de
palu.ꝙ de iure extra q̄dragesimā liceat in
ieiunio prādere ꝙꝫ primū icipit triplicitas
none.i.tranſacto meridie.nō aūt in q̄dra
geſima. Dicit em̄ Petr⁹ de palude ꝙ in q̄
drageſima ⁊ſi nō opteat expectare veſpe-
rā diei ſed officij:tn̄ tardi⁹ debet comedi
ꝙꝫ in alijs ieiunijs:ita ꝙ in tali ieiunio de
bet ante prādiū eſſe tranſacta nona:ſicut
in alijs hoꝛa ſexta. Sed ſctūs Tho.i.iiij.
diſt.xv. videt̄ velle ꝙ in om̄i ieiunio opoꝛ
teat expectare finē none ſm legem.i.hoꝛā
tertiaꝫ poſt meridiem. Sed ego credo ho
die ſtandum ꝯſuetudini populi dei.xj. di
ſtin.in his. De collatione ſerotina dicit
Archiepus ⁊ cōmuniter doctoꝛes ꝙ licꝫ
ꝑ modū medicine.i.ne potus noceat:non
aūt ꝑ modū cibi. Dicit tamē idem ꝙ ſi nō
fiat cauſa medicine:pie interpꝛetandū eſt
ratione ꝯſuetudinis:niſi fiat in fraudem.
quod etiam ſentit Abbas.quia ſtandū eſt
ꝯſuetudini:ex quo vt d̄r ius nō eſt ad op-
poſitum. Intelligo aūt ꝙ fit in fraudem.
quādo ꝓpter famē. Intelligo ſ̄vo ꝙ licite
fiat ⁊ nō ꝓpter potū:quādo non fit ꝓpter
famem:ſed alia rōnabili cauſa: puta ꝓpt̄
doꝛmitionē vel vocem. Imo dicit Rich.
⁊ idem videt̄ ſentire ſctūs Tho.ꝙ ſiquis
ex ſenſualitate comedat aliqua:in tali col
latione nō frangit̄ ieiunium:niſi rōne ma
gni exceſſus. De pane aūt in collatiōe di-

citidē Archieps ꝙ ieiunium ſoluit. Sed
Angelica ⁊ Roſella dicit ꝙ nō: maxime
vbi eſt ꝯſuetudo:quibꝫ ſtandū eſt qn̄ aliō
nō habet̄. vel ſi habet̄:illud nocet ſtoma-
cho. Nam ex ſancto Tho.⁊ Petro de pa-
lude nō pōt ꝗ ad hoc haberi diſtinctio in-
ter panem ⁊ fructus ⁊ herbas. Et ſi dica
tur ꝙ ꝯſuetudo de nō comedendo paneꝫ
fecit legem. Dico ꝙ in foꝛo ꝯſcientie con-
ſuetudo nō obligat niſi quā intendit ꝑn-
ceps legiſlatoꝛ:ꝗ nō intendit vt ſine pane
bibas qn̄ ſine pane pot⁹ ꝗ indiges obeſſꝫ
Vel qꝛ fruct⁹ nō habes.vel ſi habes fru-
ctus:nō habes ſtomachū fructibꝫ opoꝛtu
nū. Pot⁹ aūt etiā ante prādiū ſm oēs fe-
re licet:etiā vini(⁊ ꝯſeq̄nter vt videt̄ licet
aliq̄d ſumere cauſa pot⁹ ꝑciſe.ſine quo.ſ.
pot⁹ impune ſumi nō poſſet)⁊ habet̄ ex-
p̄ſſe h̄ a ſancto Tho.i.iiij.diſt.xv.in q̄ſtiōe
de ieiunio.ar.iiij.q.j. Sed ꝯtra. Pꝛio.
qꝛ ſi tenemur:eſſem⁹ ꝑfectioꝛes chꝛo qui
vnā tm̄ q̄drageſimā ieiunauit. So. Ieiu
na vnā eo mō ꝗ chꝛs nihil mādu candō:
de inde ceſſa ſi vis:qꝛ te abſoluo Vel dico
ꝙ chꝛus nō indigebat ieiunio.ſed ieiuna-
uit vnā ad exēplū ⁊ foꝛmā nr̄am. Scdo.
Suppono ꝙ ieiuniū fiat ad ſatiſfaciēdū
ꝓ pctis. Tūc ſic. Chꝛs nō ieiunauit ꝓ ſe:
vt patꝫ.ḡ.ꝓ nobis.⁊ ꝯſeq̄nt̄ ſufficientiſſi-
me ſatiſfecit ꝓ nobis.qꝛ ei⁹ ſatiſfactio erat
infiniti valoꝛis. Igit̄ nos nō indigemus
ieiunio. So. Nego p̄ſuppoſitū.qꝛ fit etiā
ad moꝛtificandū coꝛp⁹ ⁊ mentē eleuādā.
Vn̄ etiam iuſti ⁊ ſcti tenent̄ ieiunare:ſm
ſctm̄ Tho. Dato tn̄ ſuppoſito:dico ꝙ chꝛi
ſtus nō intendebat ſic ſatiſfacere ꝓ nobis
vt nos de cetero nō affligeremur.ſed ſic:
vt noſtra ſatiſfactio eſſet deo grata medi-
ante ſatiſfactōe chꝛi a quaꝫ noſtra habet ef
ficaciā.ſicut etiam eſt paſſus pꝛo nobis:⁊
tamen opoꝛtet nos ſue paſſioni cōiungi ꝑ
pniam vel ſacramenta:que penitētia nr̄a
nō ſatiſfacit deo:niſi ꝟtute paſſionis chꝛi
Elice ꝯcluſiōes.

Pꝛima. Quilibꝫ qui poteſt ieiunare te
netur ⁊c̄.

Secūda. Ille dicit̄ nō poſſe: qui cū ie-
iunio nō poteſt ea que ſibi neceſſario faci
enda incumbūt. vel que ſūt melioꝛa ieiu-
nio: puta ꝑdicare.

Tertia. Utrum poſſis vel nõ poſſis: ſi es certus nõ oportet adire aliũ: necnõ ieiunãdo peccas mortaliter: etiamſi in parte fallaris: ſm Piſanuz ⁊ Petrũ de paludе. qꝛ ſ. credis te hr̃e cauſam ſufficientẽ ⁊ non habes.

Quarta. Si es dubius: ꝯſule peritum ⁊ bonum ⁊ illi adq̃eſce. ſi nõ dubitat: maxime medico timorato

Quinta. Si aũt dubitat: req̃re eum q̃ poſſit diſpẽſare. i. epm vel parochianũ: vł ꝓlatũ in religiõe

Sexta. Tp̃us aũt obligatiõis eſt. xxj. ann⁹: ⁊ tp̃s comedẽdi hora. ix.

Septima. Pot⁹ nec ante ꝑndium nec poſt ſoluit niſi fiat in fraudem: ſiue ſit vini ſiue aque.

Octaua. Panis nõ ſoluit ſi ſumat̃ ꝑ modũ medicine: vbi maxime nõ habet̃ ⁊c̃.

## Caſus viij.

q Queritur. viij. Utrũ q̃ accedit ad ſacramentũ cõfeſſiõis. ſine dolore: peccet mortaliter? Ad h̃ aũt respondet̃ ſm Scotũ in. iiij. ⁊ dominũ Bonauẽturã ꝙ ſic. quia q̃ntum in ſe eſt perdit ſacramentũ. Idem videt̃ ſentire ſctũs Tho. qui dicit ꝙ accedens fict⁹ tenet̃ ſuã fictionem ꝯfiteri: qd̃ nõ eſſet verũ ſi eſſet ſoluz pctm̃ veniale. Nõ oportet tñ iſtũ dolorez eſſe ꝯtritionẽ: ſʒ ſufficit ſi ſit attritio. Differũt aũt ſm ꝑfectuz ⁊ imꝑfectũ iſta duo. Nam vtrunqʒ eſt dolor de ꝑterito peccato cum ꝓpoſito emendandi. ſed ꝯtritio eſt quãdo tantũ intendit̃ iſte dolor: ꝙ pctm̃ tantu diſplicet q̃ntũ debet placere de⁹. i. ſuꝑ omnia. Et oĩs reliqu⁹ dolor citra iſtũ ẽ attritio q̃ ſufficit ad nõ peccare mortalr̃ accedentẽ ad ꝯfeſſiõem. Jmo ſm Capreolum in. iiij. ſufficit vt tũc ꝯfitens gratiam ꝯſequat̃. quia aliquãdo iſta attritio eſt tãta vt v̾tute clauiũ fiat ꝯtritio. lʒ vt d̾t nõ ſemꝑ ſit tãta. Jmo viſo ſctõ Tho. in. iiij. di. xviij. q. j. ar. iij. q. j. ⁊ viſo nider: dico ꝙ oĩs attritio ſufficit ad ꝯſeq̃ndã grãm in h̃ ſacro. ⁊ i baptiſmo q̃ ordinat̃ ꝯ culpã niſi q̃s actu dum ꝑcipit ſacrm̃ ponat obicem. Jmo dico ꝙ ſufficit ſi q̃s vellet eſſe dolẽs in generali ⁊ particulari. qꝛ talis neceſſario eſt dolẽs ſm volũtatẽ d̾libatã ad quã eſſentialit̃ ꝑtinet attritio ⁊ ꝯtritio: lʒ forte nõ doleat ſm ſenſuz aut volũtatẽ naturalẽ: ꝓpter qd̃ d̾t etiã ſe nõ dolere. Eſt eñ cõtradictio ꝙ velim mihi aliq̃d diſplicere: ⁊ ꝙ nõ diſpliceat ſm rõnẽ deliberatã. quia cui aliq̃d placet ipa etiã cõplacẽtia placet pro eo tempore quo illud placet. Unde ⁊ matrem Gratiani hoc modo fuiſſe abſolutam Archiepus in chronica narrat. Et lʒ nõ approbet hiſtoriam: tamẽ nõ fefellit doctrinam. Sufficit igit̃ omnis dolor de peccato ⁊ ꝓpoſitum de futuro ſimul. Sʒ aduerte ꝙ ꝓpoſitum nõ eſt iudiciũ vł opinio. Unde ſtat ꝙ velim abſtinere in futurum: ⁊ tamẽ credo ꝙ nõ abſtinebo ſed mutabo voluntatẽ: quod tamen non vellem modo. ⁊ hoc multos fallit. Elice cõcluſiones.

Prima. Qui ꝯfitet̃ nõ dolẽs de pctõ: aut volẽs nõ cauere d̾ futuro peccat mortalit̃ ſi ꝯfitet̃ vt abſoluat̃

Scd̃a. Qui ꝓ̾o dicto mõ ꝯfitet̃: nõ vt abſoluat̃ ſed ad recognitionẽ ſui corã deo ⁊ ſacerdote: nõ peccat ex h̃. quia ſm Ric. nõ cõtemnit ſed veretur ſacramentũ. Unde talium confeſſio eſt audienda ⁊ eis cõſulẽdum: vt dicit̃ in cap. ꝙ quidam. de penitenñ. ⁊ remiſ.

Tertia. Contritus eſt cui peccatum ꝓpter deum diſplicet ſuꝑ oĩa: ſic ꝙ eſt paratus omnia in generali pati deo volente anteq̃ʒ denuo peccare: lʒ in particulari nõ cogitet nec debeat cogitare de hac pena vel illa.

Quarta. Attritus eſt oĩs ꝯtrit⁹: ⁊ q̃cũqʒ ali⁹ dolet d̾ offenſa dei: vt ſic q̃cũqʒ mõ cũ ꝓpoſito emẽdãdi

Quinta. Quicũqʒ eſt attrit⁹ ſine pctõ p̃t ꝯfiteri ⁊ petere abſolutionẽ.

Sexta. Silr̃ ⁊ q̃cunqʒ ſcit ſe velle hr̃e dolorẽ de pctõ i generali ⁊ ꝑticulari: ⁊ dictũ ꝓpoſitũ: lʒ neſciat ſe dolere

Septima. Oẽs tales ꝯſequunt̃ grãm i abſolutiõe: clauib⁹ ꝑficiẽtib⁹ imꝑfectũ dolorẽ: nõ eundẽ numero actualit̃: cũ attritio actualr̃ nunq̃ʒ fiat ꝯtritõis act⁹. iiij. di. xv. q. ij. arti. j. q. iij. ſʒ aliũ ſpecie vł nũero niſi ponãt obicẽ

## Caſus.ix.

Queritur nono vtrū religioſus teneat᷑ ad officium attēte dicendum: Ad hoc autem reſpondet s. Tho. ij. ij. q. liij. et Piſa. tit᷑ hore. et Petrus de palu. iiij. diſt. xv. et archiepi. iij. parte, titu. xiij. et Archidiacono. in c. grauis. de cele. miſ. et Hoſtien. et Angelica ꝛ Panoꝛ. et oēs: ex q̄bus elicio mlťas concluſiones

Prima Non eſt autēticū ꝙ coꝛona clericalis obliget ad ſeptem hoꝛas canonicas. q̄a tamen gaudent tales ꝑuilegio clericali: debent ꝓ aliq̄d recōpenſare. Et bene facit eṗs aliquid iniungendo: Petrus de palude.

Secunda. Non eſt etiā autenticū ꝙ minoꝛes oꝛdines obligent ad officiū beate virginis: ſm eundē. lʒ debeāt tales vt s̄. Cum Petro eſt Angelica ꝛ cōis opinio: contra quā tn̄ Archiepi: cū Joan. andree videt᷑ dicere ꝙ tales tenent᷑ ad officium. Et Panoꝛ. dᷓt hoc eſſe tutiꝰ iuxta canoniſtaꝝ refugiū. Eſt aūt tutius etiā n̄ comedere piſces oſſeatos. Jdeo tu dic. ex q̄ nō habet᷑ a lege ꝙ nō tenent᷑: q̄uis teneātur vt dᷓt Petrus ad aliq̄d indeterminatū/ex ipſa honeſtate iurꝫ naturalis.

Tertia. Tenent᷑ autē ad ſeptem hoꝛas omnes q̄ ſunt in ſacris: niſi excuſent᷑ ꝓ nō poſſe habere breuiariū (quod tamen potius q̄ȝ bibliam emere tenetur) vel alia legitima cauſa. Concoꝛdant in hoc om̄es: quia non debet oꝛdinari quis in ſacris: niſi qui habet bn̄ficium: vel q̄ ad patrimoniū ſuum loco eccľiaſticoꝝ reddituū voluerit oꝛdinari. extra de pꝛeben̄. c. Eṗs. ꝛ c. Conſerui.

Quarta. Tenent᷑ etiā ſm oēs beneficiati: etiamſi non ſint in ſacrꝫ. xcij. di. c. finali. vbi dicit᷑ eccleſie deputatus. i. ꝓ beneficium: vt exponit Angelica. Sed itellige ſm Petꝝ de bn̄ficio reſpicientē officiū ſpirituale. Nam inſtantia eſt de hn̄te eccľiaſticos redditꝰ ꝓ officio matricularij: q̄ tn̄ nō eſt clericꝰ. ꝛ de magiſtro theologie vľ grāmatice qui non venit ad choꝛum: itellige etiam ſm eundem Petrū: ſi pn̄t ꝑcipere redditus.

Quinta. Item religioſi clerici profeſſi Extra de voto. c. Licet. qꝛ ſm Petꝝ ſunt pars eccleſiaſtici collegij. Et eadem rō eſt ſm Archie. ſi ſit monachus. ꝛ quia habet redditus: et eſt in religione inſtituta ad oꝛandum.

Sexta. Item ſm Petꝝ: nouitij clerici etiāſi nō ſint in ſacrꝫ: qꝛ ſuſtentant᷑ elemoſynis ꝛ gaudēt ꝑuilegio ꝛc̄. Sʒ qꝛ nec coꝛona nec oꝛdines minoꝛes obligāt: vt dictū eſt: elemoſyne etiā n̄ obligāt ad aliq̄d determinatuʒ recōpenſandū. foꝛte poſſet dici ꝙ tenetur q̄dem naturali iure ad oꝛationes ꝛ pſalmos vel hmōi: ſed nō ad ſeptem hoꝛas: maxime ſi officiū plene neſciunt. alioq̄n etiā cōuerſi tenerent᷑ addiſcere hoꝛas. Sed contra quia ſi ingrediuntur anio mutādi ſtatum: ſunt ꝟtualiter ac tacite ꝓfeſſi. Solu. Dico ꝙ verum eſſet ſi ingrederent᷑ anio mutandi ſtatū ꝓ ꝓfeſſione tacitā que olim etiā in mēdicantibꝫ licebat in ipſo ingreſſus exoꝛdio. ſecꝰ autē ſi ingrediunt᷑ cum anio mutādi ſtatū: ſed nō ſe obligandi ad iſtam mutatōem: ſicut cōmuniter faciunt. Sed in hac re canoniſte multi falluntur: vt foꝛte deo pꝛeuio alťs patebit.

Septima Item ſm Petrū ꝛ Archie. et Aug. de Ancho. cōuerſi tenent᷑ ad modū ſibi taxatū: ſed nō ad ſeptē hoꝛas. Sʒ intelligo: loq̄ndo in oꝛdie p̄dicatoꝝ ꝙ tenent᷑ eodē mō q̄ tenent᷑ ad grās ꝛ ſuffragia moꝛtuoꝝ: non aūt quaſi moꝛtaľr peccent ſi omittūt ꝛ nō ex ꝯtemptu. qꝛ nec naturali nec diuina lege p̄cipit᷑ eis ille determinatꝰ modus oꝛādi. ſimiľr nec lege canonica vel ciuili: q̄ nihil inueniunt᷑ oꝛdinaſſe de. vij. hoꝛis ꝓ laicos exoluēdis: nec ꝓ ſuas ꝯſtitutiōes: q̄ etiā ad veniale nō ligāt niſi rōne cōtemptꝰ vľ p̄cepti: qō p̄ceptum in hac re nō ē factū. Magꝫ aūt ſunt in ſtatu piclᷓoſo: qn̄ circa exercitia coꝛꝑalia ſūt notabiľr negligētes: qꝛ in dicto oꝛdie ad hoc recipiunt᷑: ꝛ ea ratiōe licet eis elemoſynas oꝛdinis in ſuos vſus cōuertere. q̄a ſeruiunt ſeruiētibꝫ populo ſm s. Tho. in opus cōtra religiōem impugnātes. Poſſunt tamē oꝛationi vacare ſm modū mandatū a conſtitutionibꝫ ꝛ ꝓmiſſum a pꝛelatis: imo ꝛ debent quantum ad eum qui

eſt in mãdato conſtitutionum.
Octaua. Rõne generalis conſuetudis
q̃cunq̃ teneť ad horas: teneť etiã ad offi
cium beate ꝟginis: vt videť. et rõne con/
ſuetudĩnis ſpecialis ad vigilias mortuo/
rũ: et ad aliq̃n celebrandũ iuſta cã. Imo
ſm aliq̃s q̃libet talis teneť q̃tidie ad miſ/
ſam legendã vel audiendã: lz hoc non ſit
veꝝ. qꝛ in c. vl. de priui. li. vj. patet ꝙ ep̃us
non teneť ad hoc: lz ſit ħ decẽs: et ꝯſeq̃nt
a fortiori mi͛ tenenť aliȷ: ñ obſtãte ꝙ ho/
re ad miſſam ordinenť. Petr͛ de pal.
Nona Quantũ ad intẽtionẽ aũt vľ at/
tentionẽ q̃libet ad officiũ obligat͛ teneť
in p̃ncipio officij hr̃e intentionẽ ſatiſfaci/
endi: ita ꝙ officiũ ꝑficiſcať ab intellectu ⁊
nõ ab imaginatiua: ſm Petꝝ. qd̃ intelli/
go actu vel habitu.
Decima. Infra officiũ aũt teneť ſic ad
ſe redire ſi fuerit mẽte vagat͛ ꝙ non ꝑeat
totaliter dicta p̃ma intẽtio ſm ſcm̃ Tho.
id eſt freq̃nter: que tñ freq̃ntia nõ põt ſub
certa regula comp̃hendi.
Undecima. Non tñ teneť q̃uis p̃cepto
eſſe attẽt͛: ſz ſine culpa mortali põt eua/
gari etiã a ꝓpoſito: dũmõ ſciat q̃d facit ſic
ſcz ꝙ ſtet p̃ma intẽtio. Hec ꝓbanť autori
tate Piſa. Pe. de pal. Angel ice: ⁊ mľtoꝝ
alioꝝ. Et rõne: qꝛ eccĩa ñ põt p̃cipe ſuꝑ ite
Duodecima. Mortale ẽ ta/ (rioribꝰ.
li dicẽdo officiũ ſe occupare ꝑ lõgũ ſpaci
um in exterioribꝰ: ſm ſcm̃ Tho. et ex c.
dolẽtes. qd̃ petr͛ exponit q̃n nõ cõpatiun
tur attẽtionez ad officiũ: qd̃ ego intelligo
ſec͛ ab his q̃ ad officiũ ſpectãt: vt voluere
chartas: parare libros: ⁊ hm̃oi. Lz em̃ ec/
cleſia d̃ interioribꝰ ñ poſſit p̃cipe: tñ d̃ exte
rioribꝰ põt. et de facto p̃cipit in dicto c. do
lentes: vt deuote dicatur. Sed ꝯ. q̃ s.
Tho. vbi s. dr̃: ꝙ q̃ ſpõte vagať videtur
deridere deũ. So. Illa deriſio eſt interp̃
tatiua ſolũ: cuiuſmodi ẽ in oĩ pctõ etiã ve
niali. Et p̃terea videť loq̃ nõ de pſallẽte:
ſed de orãte: ſic ꝙ aliq̃d petit a deo.

## Caſus x.

Queritur decimo Utrũ
ꝑ indulgẽtias remitti poſſit pe
na iniũcta vľ iniũgẽda ꝓ pctĩs:
Ad hoc aũt reſpõdet s. Tho. ⁊ cõiter do
ctores in. iiij. di. xx. Piſa. titu. indul. ⁊ Pe
trus in. iiij. ⁊ ſum. cõ. ⁊ mľti aliȷ. Dicit igi
tur s. Tho. Oẽs dicũt ꝙ indulgẽtie ali/
q̃d valẽt. ſed q̃dã dicũt ꝙ nõ valẽt ad pe/
nã taxatã ſm iudiciũ dĩi in purgatorio: ſed
q̃ntũ ad taxatã a ſacerdote. Sed ħ eſt cõ
tra illd̃ p̃uilegiũ Petri: erit ſolutũ ⁊ i celo
id eſt in foro dei. Itẽ eccľia remitteret ad
penas grauiores. Ualẽt igiť ad penã de/
bitã ſiue taxatã: ſiue non. quia ꝓpter vni/
tatẽ corꝑis myſtici vn͛ põt ꝑ alio ſatiſfa/
cere. Sancti aũt q̃ habuerũt ſatiſfactionẽ
ſuꝑabũdantẽ: nõ intẽdebãt ſatiſfacere pro
hoc vľ illo: alioq̃n talis ꝯſeq̃reť remiſſio/
nẽ ſine indulgẽtia: ſed ꝓ tota eccľia. ſic de
ſe ſcribit Paul͛ Col. j. Sic igiť iſta meri
ta ſunt cõmunia: et cõſeq̃nter diſpẽſanda
ꝑ p̃ſidentẽ toti͛ eccľie. Sũt ãt tot ꝙ oẽm
penã q̃buſcũq̃ debitã excedẽt rõne ſatiſfa
ctiõis chr̃i infinite. Poteſt aũt fieri ꝑ aliq̃
ſpũali: ſicut q̃ orat pro rege Frãcie habet
decẽ dies idulgẽtie. Et ꝑ tꝑalibꝰ vt ordi/
nanť ad ſpũalia. i. pacem eccleſie ⁊ hm̃oi.
Quantũ aũt valeant: q̃dam dicũt ꝙ men
ſuranť ſm deuotionẽ ſuſcipientiũ: lz eccľia
aliter p̃dicet: vt pie ⁊ vtiliter decipiat.
Sed ꝯ: quia eccľia nulli͛ eſſet autorita
tis ſi ficte doceret. Aliȷ ꝙ ſm q̃ntitatem
dati vel facti ꝑ indulgẽtia. Sed cõtra:
qꝛ nõ valerẽt ad remiſſionẽ: ſed ad cõmu
tationẽ. Itẽ in p̃dicatiõe eccľie eſſet falſi/
tas: cũ aliq̃n ꝓ minore p̃diceť maior. Aliȷ
ꝙ ſm cauſam faciendi indulgẽtiã. Sz
ꝯtra: q̃a ꝑ eadẽ cã aliq̃n maior: aliq̃n mi/
nor dať. Ideo tantũ valent q̃ntũ intendit
is q̃ eas dat ⁊ applicat. Hec s. Tho. Et
conſequenter quantuz valere p̃dicantur.
Et ſic intelligiť ꝙ valent tantum quantũ
ſonant. i. ſi dicitur centũ: non ſunt. xc. Ua
lent igitur ſm Piſa. cui cõſonat Ray. ⁊ s.
Tho. quantũ ſonant. i. xl. dies indulgen
tie valent tantũ quantuz. xl. dies pnĩe ſm
taxationẽ factã a iure vel ſacerdote vľ di/
uina iuſticia. qꝛ iſti dies non ſunt dies celi
ſeu purgatorij: ſed mũdi. Intendit autem
ꝙ iſti. xl. dies tantũ valent q̃ntum ſiquis
xl. diebꝰ faceret pniam ſm cõem impoſi/
tionem iuris vel ſacerdotũ vel iuſticie di/
uine: ſiue iſta pnĩa ſit iniũcta: ſiue non. Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

intellige ẜm taxatiōem diuine iuſticie ꝓn cipaliter: iuris aūt ⁊ ſacerdotū ſecūdario inq̄ntum taxant ẜm iuſticiā dei. Iſti aūtē dies taxari hic ẜm iuſticiā dei ⁊ ẜm iura vel ſacerdotes ꝯformiter ad illā: nō valent ꝑciſe .xl. purgatorij. q꜡ cum foꝝ ſit diuerſum forte ꝙ dies nō reſpōdet diei: ſed paucis diebꝫ pōt q̄s hic ſoluere pn̄iam ibi faciendā longo tp̄e. Ideo dicūt iſti ꝙ nō ſunt dies purgatorij .ſ. q̄ntum eſt ex intē tione eccl'ie: ſiue iſti dies reſpōdeant illis ſiue nō. Vn̄ ſicut d̄r Piſa. ⁊ Herue' .i. iiij diſt. xx. ſicut .xl. dies pn̄ie pl' valēt vni q̄ȝ alteri rōne deuotiōis maioris: ita ⁊ .xl. dies indulgētie. Sed h̄ nō videt̄ hr̄e locum vbi dat̄ plenarie. Quibus aūt valeant dicet̄ in ꝯcluſionibꝫ. Sed contra Primo Deut. xxv. Scd̄m menſuram delicti erit plagarum modus. ergo nihil valent. Solu. Plaga .i. penitētia chr̄i eſt mea ꝑ attributiōem vicarij eius: ⁊ ipa eſt eq̄ magna ⁊ maior omnibꝫ peccatis. Et ſic indulgētia nō facit q̄n ẜm menſurā delicti ſit plagarum modus. Secundo. Nam inferior puta papa: non pōt abſoluere ab eo ad qd̄ ſuperior ligauit .i. deus. Solu. Papa nō me abſoluit a pena: ſed dat mihi vnde illa ſoluam .ſ. merita chr̄i ⁊ ſanctoꝝ. Elice igit̄ ꝯcluſiones

Prima. Indulgentie valent ad remiſſionem pene hic vel in purgatorio tolerande.

Secūda. Poſſunt fieri ꝓ cauſa ſpirituali: ⁊ ꝓ tēporali in ordine ad ſpūalem. ſed ſine legitima cauſa nō valent licȝ valeant ſi fiant indiſcrete .ſ. ꝙ homines quaſi ꝓ nihilo ab operibus penitētiū reuocent̄. Hec ſctūs Tho.

Tertia. Hoc qd̄ d̄r ꝙ tantū valēt q̄ntū ſonāt: intelligēdū eſt q̄ntū valere ꝑdicant̄ ſiue de q̄ntitate idulgētie ⁊ nō d̄ ſono verboꝝ. q꜡ valēt tantū q̄nta eſt intētio dātis q̄ poti' attēdēda ē q̄ȝ ꝟba

Quarta. Valēt aūt q̄ntū valere ꝑdicā tur q̄ntū ad q̄ntitatē diſcretā ẜm Herueū .a. ſi dant̄ .x. dies ſūt .x. ẜm ꝙ iuſticia diuīa taxaret. ſȝ q̄ntū ad ꝯtinuā ſeu intēſiuā nō valēt eq̄lit̄ oibꝫ

Quinta. In doctrina eccleſie nulla falſitas continetur: ⁊ ipſa debet eſſe regula fidei noſtre.

Sexta. Nō valent exiſtētibꝫ in mortali. q꜡ dant̄ ad remiſſionē pene ⁊ nō culpe. Et lȝ tales ſint magis idigētes: tn̄ ſūt minus capaces

Septima. Valēt āt ⁊ religioſ' ſi obſeruēt tenorē bulle: ſed tn̄ ꝑ illas nō remittūtur impoſita i foro capl'i. q꜡ nō ē pn̄iale ſȝ iudicatiua. Tho.

Octaua. Nec tn̄ oportet religioſos exire clauſtra ꝓ indulgētijs. q꜡ lȝ indulgētie pl' valeāt q̄ ad remiſſionē pene q̄ȝ obſuātia: tn̄ ecōuerſo eſt q̄ ad adq̄ſitionē ꝓmij: qd̄ ē meli' .ſ. Tho.

Nona. Valent etiā defunctꝭ ſi ꝯtinet̄ i tenore bullaꝝ: dūmō aliq̄s faciat qd̄ mādat̄ .s. Tho. Nec tn̄ ſequit̄ ꝙ plat' poſſit ꝓ ſuo libito aīas a purgatorio liberare: vt d̄r s. Tho. q꜡ inq̄t ad h̄ ꝙ indulgētie valeant req̄rit̄ cā ꝯueniēs

Decima. Auxiliū dare intelligit̄: q̄ dat ẜm ſuā facultatē. nō āt q̄ citra: vt rex dās obolū .s. Tho. Sed tn̄ dans citra facultatem ꝯſequit̄ partem indulgentie ꝓportionalē: vt innuit ſctūs Tho. iiij. diſ. xx. ar. iij. q. ij. ar. iiij.

Undecima. Cū q̄s dat citra ſuā facultatē: ꝯſequit̄ pl' vel min' ẜm ꝙ dat. ſanctus Tho.

Duodecima. Confeſſio requirit̄ vl' nō requirit̄ ẜm ꝙ intēdit is qui dat indulgētiam. quia q̄ntuȝ eſt ex natura rei ẜm oēs nō requirit̄ cōfeſſio ſed ſufficit charitas ⁊ contritio.

Tredecima. Lȝ ꝓbabilr̄ dicat̄ ꝙ cū papa d̄r: ⁊ ꝯfeſſis. intēdat dare ſolū his q̄ p' ꝯfeſſionē nō inciderūt i mortale: tn̄ mihi videt̄ ꝙ ꝓbabili' dicāt alij ꝙ intēdat dare oibꝫ q̄bꝫ pōt: ſi ſcil' in anno ſūt ꝯfeſſi .i. oibꝫ q̄ ſunt in charitate facientibꝫ id qd̄ mādatur. q꜡ papa nō facit indulgentiā (vt ſuppono) ad inducēdū ad ꝯfeſſionē: ſed ad aliud: puta elȳnā. Q꜡ aūt d̄r: ꝯfeſſis: intelligit̄ ẜm ſtatutū eccl'ie q̄ mādat ſcil' in anno ꝯfiteri: ſicut expꝛ̄ſſe tenet Panor. in c. oīs. extra de peni. ⁊ re.

Quartadecima. Qui pōt ꝯfiteri anq̄ȝ accedat ad idulgētiā: bonū eſt: q꜡ ſecuri' q̄ tn̄ nō pōt: nihilomin' accedat: q꜡ certū nō eſt. ꝙ eā nō ꝯſequat̄.

## Caſus xj.

Q Veritur.xj.Utrū liceat adorare imagines: Ad qđ reſpōdetur ex s.Tho.iij.di.ix.q.j.ar.ij.q.ij.ꝛ.ij.ij.q.xciiij.ꝛ i tractatu de decē pceptis. Pro q̄ ſciēdū eſt vt ptz.ij.ij.q.ciij.ꝙ deū honoram⁹ honore latrie vt ei exhibeam⁹ reuerentiā ꝙ ē pn cipio oīm bonoꝝ.angelos aūt ꝛ homīes dulia.ſʒ hoīes excellētes hyꝑdulia:vt beatā ṽginē. Eodē aūt honore q̄ aliquē adoram⁹ poſſum⁹ adorare imaginem ei⁹ vt imago ē:vt dr.iij.vbi ſ.qꝛ ſm Ariſ.ḋ memora ꝛ rmīniſcē.eodē motu ferť qs ī imaginē vt imago eſt:ꝛ in id cui⁹ eſt imago.ſec⁹ vt imago ē res. Igiť imagies chri vt imagines:adorant latria:ſctoꝝ aūt dulia vel hyꝑdulia. Sed ꝫ Primo. Nā Exodi.xx.dr. Nō facies tibi imaginē. ḡ a fortiori nō debet adorari. Solu.dr ſā.Tho.in.iij.ꝙ in veteri lege fuit ꝓhibituʒ facere imagines:nō ſimplr:cū in ſanctuario fuerint cherubin:ſed ad adorandū Primo qꝛ ille ꝑpl's erat ꝓn⁹ ad idolatriā.ꝛ Scđo qꝛ de⁹ cū adhuc nō eēt incarnat⁹ nō erat figurabiľ. In noua aūt eſt ꝯceſſum:qꝛ ceſſat vtraqꝫ rō. Scđo:qꝛ h̄ ſolū eſt q̄ idolatras irridem⁹:qꝛ adorāt op⁹ manuū ſuarū So. Prim⁹ itroducēs honorē imaginū in gentib⁹ videť fuiſſe Nin⁹:q̄ fecit imaginē Belo pri ſm Bedā:ꝛ ei diuios honores exhibuit. Sed idolatre credebāt ex vi ſideꝝ imagib⁹ ineſſe deitatē:ſicut Hermes(vt teſtať Aug.de ciui.de)dixit datū eſſe hoīb⁹ facere deos.iō adorabāt imagines vt res:qđ nos abhꝛrem⁹. Itē adorabāt imagines irrōnaliū:vt ſol:lune ꝛc. Tertio. Nā imago ſiue vt res ſiue vt imago ſemꝑ eſt creatura.ḡ nunqꝫ eſt adorāda latria. So.Lʒ creatura nunqꝫ adoreť latria vt termin⁹ vltim⁹ adoratiōis.ſec⁹ vt mediū ꝛ rō adorādi ſiue vt imago. Quarto. In cultu diuio nō ſūt exhibēda niſi ea de q̄b⁹ habeť in ſcrptura:cuiuſmōi nō ſunt imagines. So. Sicut dr ſctus Tho.imagines ſūt itroducte Primo a chro ad abagaꝛ mittente ſuā imaginē:vt dr ī Eccl'iaſtica hiſto. Scđo ab apl'is.qꝛ tꝑe eoꝝ Lucas ſm Damaſce.depinxit imaginē chri ꝛ virginis:ꝛ imaginē chri ſecuʒ ferebat:vt dr in ei⁹ hiſtoria. Multa aūt apli tradiderūt q̄ nō ſūt ſcpta:ꝛ h̄ eſt vnū. Unū in ꝯcilio romano vbi fuerūt mille epi ſm ſāctū Tho.ſtatutū eſt vt pingerenť imagines. Primo vt ſint libri laicoꝝ. Scđo:vt magis ſint i memoria myſteria chri. Tertio ad excitādā deuotionē.qꝛ.ſ. magis ſolēt mouere viſa q̄ꝫ audita. Elice vt libet ꝯcluſiōes

## Caſus xij.

Q Veritur.xij.Utrū aliqđ aliud ab imagine dei ſit adorandū latria: Ad qđ viſo ſctō Tho.iij.diſt.ix.ꝛ.iij.q.xxv.ꝛ viſo mgr̄o Petro hgo.in ſuis etymol.rn̄deo ꝙ cū res irrōnaľ nō ſit in ſe digna aliq̄ honore vľ adoratiōe:nō pōt adorari niſi vt aliqđ ē nature vľ ꝑſone intellectual. Qđ duplr eſt. Uno mō:qꝛ eſt ei⁹ imago. Alio mō:quia eſt eius inſtrumentū quo tangēdo vtiť ad agendū vel patiēdū:vt veſtes:calciamēta:patibulū:ꝛ huiuſmodi.niſi ſit creatura rōnalis vt crucifixores. Hoc aūt inſtrumētū eſt duplex.ſ.q̄ddā tāgēs tactu ꝑſenti realiť vel apprehēſiue.ꝛ q̄ddā qđ ſolū tetigit ī ꝑtito:nūc aūt nō tāgit realiter nec apprehēdiť vt tāgēs actu ſeu vt ꝯiūctū:vt crux q̄ olim tetigit mēbra chri. Et h̄ iteꝝ ē duplex.ſ.q̄ddam qđ tangit ꝑ ſe ꝛ ſm ſe:vt ipa totalis crux q̄n erat integra:ꝛ ſilr (ne fiat magna vis in ṽbis)quelibet ei⁹ pars q̄ re fuit cōiuncta mēbris chri. Et q̄ddam qđ tangit ſolū gr̄a alteri⁹:vt ille particule q̄ mō ſūt ſeparate ꝛ nō fuerunt in extremitate crucis:ſed vel ſub terra vel intra groſſiciē illius ſcti ligni. Cū igiť ſm s.Tho.duplex ſit rō adorandi creaturā latria.ſ.qꝛ vel eſt imago chri:vľ qꝛ ipm tetigit:etiāſi nō ſit imago. Dico ꝙ rōne ꝯtact⁹ mlťa ſūt adorāda latria:vt q̄cūqꝫ inſtrā chri ipʒ tetigerūt ſi ꝑ itellectū accipiāť vt ꝯiūcta ꝑſone chri vt calciamēta ei⁹:ꝛ ſpine corone:ꝛ veſtes ꝛ hmōi:etiāſi chrm nō tetigerūt niſi i ſuo toto. Quod ptz:quia omnes partes de q̄bus credim⁹ ꝙ ſint crucis q̄ tetigit chrm ſic adoramus. Si tn̄ talia ꝑꝑhēdanť nō

vt ꝯiũcta chr̃o de p̄ſenti: ſed ſolũ vt aliq̄d chr̃i: ſic adorant hyperdulia: vt patꝫ.iij. vbi ſup̄. Siq̄s aũt dicat ꝙ i ea re q̄ adorat̄ non habet locũ diuerſa acceptio eiꝰ ſm̄ ꝯſiderationẽ: dicendũ eſt ei ꝙ nullꝰ adorat ſane lignũ abſolute: ſed ſolũ diſtinguẽdo ꝑ intellectũ actu vel ꝟtute. rõnem ligni vt lignũ: a rõne ligni vt imago. Crux igit̄ q̄ chr̃m tetigit ſm̄ mentẽ ſcti Thom. adoratur tripliciter. Primo vt imago. ꝛ h̄ eſt cõe etiã crucib̄ q̄ nõ tetigerũt illũ. Et ſcd̃o vt res chr̃i ei ꝯiũcta. Et tertio res chr̃i ei nõ ꝯiũcta. Tertio mõ adorat̄ hyperdulia non obſtãte ꝙ ille honor ſit chr̃i ꝛ n crucis. qꝛ lꝫ chr̃s in ſeip̄o ꝛ in ſua imagine ꝛ i ſua re ſibi ꝯiuncta adoret̄ latria: in re tñ nõ coniũcta adorat̄ hyperdulia. qꝛ adorat̄ in alio.

Sed ꝯtra Primo. Nã ſi ꝯtactꝰ eſt ſufficiẽs ratio adorãdi latria: btã ꝟgo debe-ret adorari latria. Solu. Btã ꝟgo ꝛ rõne imaginis ꝛ rõne ꝯtactꝰ: ẽ q̄dẽ digna adorari latria eq̄ bñ vt imago depicta ꝛ veſtimenta: ſꝫ tñ adorari nõ debet latria. qꝛ cũ in ſe ſit q̄d adorabile: videt̄ ille honor ſiſtere in imagine vt res eſt: ꝛ eẽt ꝑiculũ idolatrãdi. Scd̃o. Nã idẽ ſequit̄ de aſello quo chr̃s eſt vſus aſcendẽs ad paſſionẽ in hieruſalẽ. Sol. Vtiq̄ ille aſellꝰ vt ꝯiunctus chr̃o eſſet adorandꝰ latria: ꝛ vt nõ coniunctus hyperdulia: nec debet h̄ alicui eſſe ridiculũ: quia cum eſſet animatꝰ dignior fuit lapide ſepulcri: quẽ veneramur. Elice igit̄ cõcluſiones

Prima. Crux q̄ chr̃m tetigit rõne ꝯtactus ꝛ rõne imagis adorat̄ latria

Scd̃a. Lãcea aũt q̄ chr̃m tetigit ꝛ claui ꝛ reliq̄ adorant̄ latria vt ꝯiũcta chr̃o rõe ꝯtactꝰ: ſꝫ nõ rõne imagis.

Tertia. Omnis crux in quacunq̄ materia adorat̄ latria: qꝛ eſt imago: nõ autẽ omnis lancea vel clauus. qꝛ hoꝝ nullum eſt imago. ꝛ q̄dam chr̃m tetigerũt q̄dam ꝟo non.

Quarta. Ea q̄ chr̃m tetigerũt ſi ꝯſiderent̄ ꝑciſe vt res chr̃i. i. nõ vt ei ꝯiũcte adorant̄ hyperdulia.

Quinta. Partes ſancte crucis q̄ chr̃m tetigit: q̄ actu chr̃m nõ tetigerũt de ꝓpinquo niſi in ſuo toto: adorant̄ latria gratia alterius id eſt chriſti ꝛ ſui totius in quo tetigerunt.

Sexta. Nõ ſolum dei imago artificialis ſed etiam naturalis puta hõ maxime crucifixus vel angelus eſt digna adorari: ſed rõnal' nõ debꝫ adorari niſi ea adoratiõe q̄ eſt digna in ſe

Septima. Licꝫ btã ꝟgo ſit duplici rõne digna adorari latria: tñ illicitũ ẽ ſic eã adorare.

Octaua. Eadẽ eſt rõ de reliquijs illiꝰ aſelli ſi inueniunt̄ ſicut ꝛ de alijs q̄ chr̃m tetigerũt: excepta ſubſtantialis forme mutatiõe: q̄ tñ nõ obſiſtit adorationi: vt ptꝫ ĩ reliquijs ſcõꝝ.

Nona. Nulla creatura irrõnalis ſm̄ ſe eſt aliq̄ mõ venerãda: ſꝫ ſolũ vt imago vel aliq̄d aliõ alteriꝰ

## Caſus xiij.

